

Universitätsbibliothek Paderborn

**Homiliae Catholicae De Sacris Arcanis Deiparæ Mariæ Et
Iosephi**

Cum quadruplici Indice

**Cartagena, Juan de
Coloniae Agrippinae, 1613**

Homilia Septima. Excellentiam sacrosancti nominis Mariæ ex interpretatione amari maris, & maris stellæ, duplicem metaphoram, multiplici eruditione prosequimur.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-51414](#)

Petrus Crisostomus resert lib. de honesta dis-
mir lib. o. de cypina, quod si quis à iudicibus damna-
concessus dif-
fus erat, littera R denotabatur, si erat ab-
cip. l. cap. 8.
solutus, A, apponebatur. Insuper etiam
D. Hierony, de litera, R. D. Hieronymus epistol. ad
epistol. ad Ruffinum, ait: quod Demosthenes, quā-
Kuffi. tom. 2 uis adeò studio deditus fuerit, vt plus olei

in lucerna confumperit, quām vini in
vase biberit, difficillimē tamen litteram
& pronunciauit; testaturque idem Hiero-
nymus illam à canibus pronunciare
didiisse, qui cum inter se latrantes rix-
antur, illam recte pronunciant. De litera
deinde quarta I, cuius meminit idem
Diuis Hieronymus epistola ad Lætam
tomo 1. & quæ à Virgilio magnoperè
celebratur, symbolum fuit adulteræ etatis,
vt Scholiafetes adnotat super prædictam
D. Hieronymi epistolam, quia etas illa
est velut biuum, in quo positus viator
dexteram tenere, vel ad sinistram devia-
re potest, sed oporet, vt rectam viam eli-
git per restitudinem huius litteræ I signi-
ficatam. Ultima tandem est A, quæ
Christum Dominum significat, qui de se-
ipso dixit: Ego sum Alpha: vnde iuxta hæc
sacrosanctum Mariæ Virginis nomen
clauditur duabus litteris, quarum prima,
scilicet M symbolum sanctissimæ Trini-
tatis, ultima vero Christi typus est. Cui
sit honor, & gloria in secula seculorum.
Amen.

Apoc. 1.

HOMILIA VII.

Excellēti am sacrosancti nominis MA-
RIÆ ex interpretatione amari
maris, & maris stellæ, duplē mem-
taphorā, multiplice eruditio-
ne prosequimur.

Genes. 1.

VEMADMODVM Deus,
vt auctor naturæ, id com-
memorante Moyse, con-
gregationem aquarū vo-
cauit Maria; non secus, vt
auctor gratiæ, virtutum, & coelestium.



JULIA P. 10. 10

charisatum aggregationem, quæ in
beata Virgine emicuerunt, sapienter ap-
pellauit: Maria, vt interpretatur D. Hiero-
nymus, sanctus Bonaventura, & alij de nomib.
permulti in illa verba: Et nomen Virginis brac.
Maria: vnde eleganter S. Petrus Chrylo-
logus serm. 146. vocauit Mariæ nomen: speculo,

Collegium sanctitatis, eo quod vniuersæ Virg.

sancitatis dotes ad Mariam, instar aqua: S. Petru-

rum ad mare, confluxissent. Verba Petri Chrysolog.

Chrysologi sunt: Congregations aquarum serm. 146,

appellauit Maria: nomen hoc renascitibus Genes. 1.

salutare, hoc virginitatis insigne, hoc pudicitie.

decus, hoc collegium sanctitatis. Persimilem

dicendi phalalim usurpans Petrus Damia-

nus sermone de Assumptione Virginis: mian serm.

omnium virtutum conuentum in Virgi-

ne sibi thalamum consecrasse docet: Vni-

uersus, ait, Orbis pigmentarius in Virgine pro-

iectus est, quando in ea virtutum conuentus

reverendum sibi thalamum consecrauit: atq;

ob hanc causam crederem beatam Virg-

nem appellatam fuisse à Ioanne Damas.

Ioanne Da-

ceno oratione prima de Assumptione:

Abyssum gratiæ: quibus omnibus con-

sonant, que seraphicus noster Bonauen-

tura in speculo. Virginis dixit: Scriptus est: D. Bonav.

onnia flumina intrant in Mare, flamina sunt speculo Vir-

ginis acharismata spiritus sancti; vnde Ioannes di-

xit cap. 7. Qui credit in me, flumina de ventre Ioh. 7.

eius fluent aquæ vivæ: hoc autem dixit de spi-

ritu, quem accepturi erant credentes in eum;

omnia ergo flumina incurrant in Mare, dum om-

nia charismata auctorum intrant in Mariam;

& flumen gratiae Angelorum intrat in Mariam,

& flumen gratiae Patriarcharum, & Prophe-

tarum, & flumen gratiae Apostolorum intrat

in Mariam, & flumen gratiae Martyrum intrat

in Mariam, & flumen gratiae Confessorum in-

trat in Mariam, & flumen gratiae Virginum

intrat in Mariam; omnia flumina intrant in

Mare, id est, omnes gratiae intrant in Mariam.

Vnde ipsa optimè dicere potest illud Ec-

clesiastici: Tu me gratia omnis viæ, & veri-

tatis, & in me omnis spes, viæ, & virtutis:

quod si hæc luculentius, ac distinctius de-

sideres, cuncta, quæ diuina largitas mu-

nera tam spiritibus angelicis, quam ho-

minis,

minibus impetravit, in hoc Marianum mare coierunt, iuxta illud Ecclesiastici: Et omnes aquæ in mare revertemur, in hoc enim mysticum mare intrat ardètissimus Seraphinorum amor, intrat Cherubinorum sapientia profundissima, intrat firmissima Thronorū stabilitas, intrat mirabilis Principatum auctoritas, intrat larissimum Dominationum dominium, intrat præeminens Potestatum potentia, intrat portentosa miracula faciendo Virtutum stupenda facultas, intrat variis prouinciis præsidendi Archangelorum dignitas excelsa: ac tandem intrat in protendis fidelibus sollicita Angelorum cultu: quid de his, qua in hominibus effulgent, commemorabo? in Mariam intrat fides Patriarcharum, limpida Prophetarum cognitio, Apostolorum magisterium, patientia Martyrum, integritas Virginum, secunditas conjugatorum, tolerantia Confessorum: ac tandem, sicut in supremo ordine Hierarchico, & in Ecclesiastico ordinibus, quæ sunt diuisa in inferioribus, eminentius coniuncta reperiuntur in superioribus, ita diuina munera, quæ tam Angelis, quam hominibus Dei liberalitas donauit, ciuidem magnificencia omnia simul, & alia multo excellentiota, vt Matrem Dei decebat, Virginis contulit. Quod si adhuc profundius contemplemur Maris nomenclaturam, per omnia Virgini cōgruere reperiemus: sicut enim maris guttae a solo Deo numerari possunt, Ecclesiastico dicente: Arenam mari, & guttas pluiae qui dixerabat? quasi dicat: nemo, nisi solus Deus, ita præclaras dotes, ac diuinorum charismatum multitudinem, quæ in Mariam confluxere, sola Dei arithmeticæ enumerare valet: & sicut mare adeo amarum est, vt neque una eius gutta dulcedine non careat, ita beata Virgo propter Christi Domini passionem, doloris amaritudine repleta fuit: vnde Iacob. Magna est velut mare contritio tua: & Ruth, quæ Virginis typum gessit: ne vocetis me (inquit) Noëmi, id est, pulchram, sed vocate

me Mārā, id est amaram, quia amaritudine valde repletus me omnipotens. Hanc amaritudinem expeta, nouit, vt pia Mater nobis compatis, vt non immineto possit sibi vispare illud Mantuanus Poëta:

Non ignorare māris miseria succurrere disco. Virg. 1. 22.

Et sicut Mare est origo omniū fontium, & fluuiorum, sic diuina charismata, quæ Christus Dominus flumina aqua viue vocavit, ex Maria deriuatur; quia, vt Bern. ser. de nardus dixit: nihil voluit nos habere Deus, nat. Marie. quod per manus Marie non transire. Est etiam Virgo Mare, sed velut Mare rubrum, cuius aquæ filiis Israel murus protegens fuere, Pharaonem verò, & exercitum eius submerserunt, & suffocauerunt; non secus beata Virgo obsequiosis eius famulis velut murus est ad eorum defensionem, Diabolum verò, & exercitum eius fideles infestantem, acriter persequitur, enervat, profligat, atque interimit, iuxta illud: tu contribulasti draconum aquas: Psalm. 73. quæ omnia D. Bonaventura in speculo Virginis cap. 1. partim illa desumens ex D. Bernardo, his verbis complexus est:

Maria mare est, gratia affluendo, & amara D. Bonav. in filio compatiendo, & amarum mare est, Diabolum submergendo, quemadmodum mare rubrum amarum fuit Egyptus in ipso submersus; O quam amarum, & timendum est hoc Mare Egypti, & quam amara, & timenda est Maria Demonibus. Non sicut timent hostes visibles quasi castrorum multititudinem copiosam, sicut aere potestates, Maria vocabulum, patrocinium, exemplum, fluunt, & pertinet sicut cera à facie ignis, & bicunque innueniunt crebram huius nominis recordationem, deuotam invocationem, sollicitam imitationem: hac D. Bonaventura. His, que alij non pauci edixerit, nos alia Deo auspice, diuenda exigitamus, quæ non ingrata futura speramus. Piè enim imprimis existimauerim, Deum hunc honorem huic sanctissimo nomini Mariae à principio creationis mundi detulisse, vt quia sacrosanctum hoc Marie nomen mare significabat, nec aquis eius, nec piscibus aquarum incolis unquam maledicere: cum

Genes. 3.

Luc. Apul.

Plin. lib. 9.
cap. 60.Num. 24.
Zob. 11.

Luc. 11.

Luc. 18.

tamen alioquin terræ, & animantibus quibusdam maledixisse sacra Scriptura commemoret; atque ob eandem rationem crediderim, Deum minimè permisisse, vt Gentiles aqua marina ad suas superstitiones abuterentur; vt auctor est Lucius Apuleius. Sed quam aptè Mare, Virginis imago existat, attentius contempnemur: quemadmodum mare prater alias innumeros pisces, quos nutrit, & fouet, quendam nomine *stella*, gignit, vt auctor est Plinius libr. 9. qui in aqua ipsa ardet, & quicquid sibi appropinquat, ardere facit: sic B. Virgo, prater plures alias filios adoptios, quos tanquam Mater iuuentum fouet, ac nutrit, sacrosanctum illum pīcēm Christum Dominum genuit à Propheteta Balahārā, stellam vocatum: *Oriens stellā ex Iacob*, & per pīcēm illum Tobie egregiè adumbratum; nam sicut felle illius illuminati fuerunt oculi Tobie senis, ita amaritudine fellis suae acerbissime passionis mundus, peccatis inueteratus & ignorantia tenebris obsecratus, illuminatus est, vt prophetauerat Zacharias: *V' situit nos oīens ex alto, iūluminare h̄s, qui in tenebris, & in vmbra mortis sedent.* Vnde, cum Dominus passioni iam proximus ascenderet Ierusalem, sacer Euāgeliſta occurrentem sibi coccum illuminasse narrat, quasi dices: opportunè satis accelerasti, cum eo tempore oculorū lumen à me requiras, quo mundū peccatorum cecitate caligantem illuminare venio. Atque hinc non obscurè colligitur, quām benē huic nomini (Mariæ) vtrāq. illa interpellatio conueniat, vt mare, & illuminatricem significet; nam cum ipsa mare fuerit, que sacram hunc pīcēm, mundi lucem, generuerit, aptè satis ei congruit & mare, & illuminatricem cognominari. Vocatur deinde congruē Deipara Maria, amarum enare, quia sicut mate corpora mortua non admittit, sed longè à se illa propulsat: nec semel, tempestate urgente infrenare solet, ita B. Virgo, & mortua opera nesciuit, cum omnes eius operationes viuificante Spiritus sancti gratia, vt Theo-

logi loquuntur, informarentur, nec nos aduersus omnia vitiorum genera instar procellosi maris semper infemuerit. Nonne fremitus fuit contra libidinem professio illa castitatis: *quomodo fieri istud*, *Lucas*, *quoniam virum non cognosco?* nonne fremitus fuit aduersus superbiam elationem, humillima illa oblatio: *Ecce Ancilla Domini:* *Ibidem*, cum tamen cœlestis Paranympbus Dei Genitricis dignitatem ei obculisset: nonne fremitus fuit aduersus sui iactantiam, & inanem gloriam, cum propria audiens encomia, Elisabeth ea decantante, omnia illa in Deum retulit, ad diuinā laudes se conuertens: *Magnificat, ait, anima mea Ibidem, Dominum?* nonne fremitus fuit aduersus humanam diffidentiam, cum in nuptiis in Cana Galileæ deficiente vino famulos admonuit: *quodcumque dixerit vobis, faci*, *Iordan. 2. 10*, cum tamen audisset Christum Dominum sibi vinum ab eo poscenti, responde: *quid mihi, & tibi est mulier?* quibus *Ibidem*, verbis videbatur precibus eius non annullise? Huius Matiani maris fremitus *D. Bonauentura*, contemplabatur sine dubio seraphicus speculo *speculo* *Mariæ Virg. cap. 7. ait: Plenum ma-*
re audiamus contra vñia tonare: tonet ergo
Mare, & plenitudo eius, tonet plenum Mare; *Luc. 1.*
tonet plena Maria, tonet contra luxuriam, ca-
stitatem proponendo: quomodo fieri istud,
quoniam virum non cognosco? *tonet etiam Ibidem*,
contra superbiam, humilitatem sentiendo: Ec-
ce Ancilla Domini: tonet item contra ingratitudinem; *Magnificat anima mea Dominum.*
Hinc etiam patet, quām recte Mariæ
congruat, amarum mare vocitari, quia
cuncta vitiorum genera adeo amara, &
acerba ei semper existentur, vt nec se-
mel quidquam eorum deliberauerit, aut
degustauerit: vnde sicut Diuus Paulus
*dicebat: *Mundus crucifixus est mihi, & ego Galat. 6.**
mundo; *quasi diceret: mihi iniurias est*
mundus, & mundo itidem ego; ita B. Virgi-
nī vitia omnia erant amarissimum ab-
synthiū, & ipsa eisdē amarissimū fel. Ad
hæc, sicut per mare ab India Orientali, &
Occidentalī, ybi magna auri, argenti, &
marga,

margaritarum copia vigeret, naues diuinitatis singulis annis ad Hispaniae portum appellunt, quibus non parum ipsa locupletatur, non secus B. Maria mare quidem est, per quod ex coelesti India charitatis aurum, castitatis argentum, virtutum margaritae, ac permulta alia Spiritus sancti munera, quibus non patet Ecclesia Catholica datur, ad membra eius deferitur: & quamvis verum sit, non defuisse Ecclesia Catholica ante orrum Virginis coelestia haec Spiritus S. charismata, tamquam sicut per mare, & maior rerum copia, & breuiori tempore deportatur, quam per terram, sic post ortam B. Virginem, & copiosiora Spiritus sancti dona, & breuiori tempore per hoc mysticum mare Mariæ Ecclesia Catholica communicata esse ipsa experientia comprobatur.

Sed iam ad secundam Marianam nominis interpretationem nostra pergit oratio: Philo de Matisse, Philo Hebraicarum, quidem litterarum peritissimus, Mariam interpretatur, Bedam Lumen, ut idem sit quod stella Maris: cui interpretationi subscrivunt Beda in capitulo pri- D. Bonaventura in mum Lucae, & sanctus Doctor Bonaventura in speculo B. Virginis, immo & ipso Ecclesia Catholica, dum canit: Ave maris stella: Et rursus: Stella maris succurre in off. B. V. cadenti: & quidem in primis B. Virginem aperte stellam nominari ex naturalibus stellae proprietatibus haud difficile erit comprehendere. Si stellam a stadio dicitur propter eius stabilitatem, & immobilitatem, stella fuit certè Maria, cuius tanta esse noicitur in bono stabilitas, ac firmitas, ut à Dei voluntate nec latum quidem vnguem inquam deflexerit, quod nulli adulorum creditur fusile concilium, Iacobus dicente: In multis offendimus omnes. Sicut etiam stella lucem summa cum pulchritudine, nulla cum laetitione, ex se effundit, ita B. Virgo lucem mundi Christum, summo cum decoro, nulla cum virginitatis iniuria, ex castissimis visceribus protulit: vnde D. Bernardus homilia secunda super missam, ait: Stella Virgo est, qui sicut sine corruptione syrus emit-

tit radium, sic absque lesione sui parturij filium, nec syderis radius suus minuit claritatem, nec Virginis filius suam virginitatem. Sicut item per stellas varia distinguuntur temporis, iuxta illud Eccles. 43: visi sunt in figura, Eccles. 43: 1. & tempora, & dies, & annos, ita B. Virginis ortus, signum fuit aduentus plenitudinis temporis, & appropinquationis legis gratiae. Quod si stellæ sunt in eadem altitudine firmamenti, quomodo hanc cellitudinem ei negabimus, quæ veracissimè ait: ego in altissima habito, & thronus meus in columna nubis? quod si Philosophus dixit: In stellis non est corruptio, Aristot. lib. causis, nec error, sicut in Virgine integritatis corruptio nulla fuit, & ab ea calus in peccatum longè absuit, & quæ sapientissima erat, omnis erroris expersa fuit; & sicut stellæ illuminant tenebras noctis, sic Marianæ haec stella caliginosum hunc mundum, ac obscurissimos peccatorum tenebris inuolutum cœlestis illius radij, quem inuolata manens emisit, clarissimis fulgoribus illuminauit: vnde Ecclesiasticus de ea dixit: quasi stellam matutina in medio Eccles. 201. nebulæ. Astrologi huic stellæ nomina quatuor imposuerunt vocat Venerem, quia amorem influit; Hesperum, quia in principio noctis innoteat; Luciferum, eo, quod maiorem secum ferat lucem, quam reliquæ stellæ; ac tandem stellam matutinam, quia velut aurora, appropinquantis solis & diei est prænuncia. Haec omnia, quam germana sint B. Virginis, perspicue ipsa prædixit: Ego Mater pulchra & dilectionis, ecce amorem castum, quem hæc mystica stella influit: & timoris, ecce initium conuersonis peccatoris, Salomone dicente: Eccles. 5. Initium sapientie, timor Domini: 3. & agnitionis, ecce coelestem doctrinam, qua verbo & exemplo fideliū mentes illuminauit: & saute sp̄ei, ecce stellam matutinam, quæ appropinquantis diei gratiae, & aduentus solis iustitiae, certissimam spem suo ortu mortalib. dedit. Sed iam videamus, quare stella maris vocata fuerit: id enim non casu, sed summo cōsilio factum credimus; vnde S. Doctor Bonaventura in speculo

de celo.

PhilodeMatisse
neumine
Beda in
Lumen
cap. 1.
D. Bonaventura in
speculo B.
Vig.
Ecc. Cathol.
maris stella:
Et rursus:
Stella maris succurre
in off. B. V.
cadenti:
& quidem in
primis B. Virginem

D. Bernardo
homilia
secunda
super missam
a. 1751.

D. Bouau. in speculo R. Virginis, ait: *Hoc optimè conuenit Mariæ, que gerit officium stellæ marini:*
*Speculo B. Legitur enim, & verum est, quod Nautarum mos est, ut cum in aliquam terram nauigare disponunt, viuus fidius eligant, cuius signo luce radiante in eam, quam desiderant partem, posse sint sine errore adduci. Tale certè officium est stella nostræ Mariae, que nauigantes per mare mundi in nauis innocentia, vel penitentia, dirigunt ad litus cœlestis patriæ. Non dissimilia scripsit Innocentius Papa, id referente eodem Bonaentura in speculo B. Virginis cap 3, sic enim ille loquitur: *Quibus auxilijs possent naues inter tot pericula pertransire usque ad litus patriæ? certè per duo, scilicet, per lignum, & stellam, id est, per fidem crucis, & per virtutem lucis, quam peperit nobis Maria, maris stella. sicut erga stella mariæ nauigantes ad portum dirigit, sic beata Virgo stella pro celo si huius mudi merito appellatur, cum in mediis huius vita pro celis in cœlum nauigantibus lucem præferat, ac suo exemplo, & patrocinio ad cœlestis patriæ portum eos continuò dirigat, ipsa dicente: usque ad futurum seculum non desinam, id est, quounque ferui mei aeternam consequantur felicitatem, non desinam eis auxiliari, non desinam fouere, atque protegere, non desinam continuis precibus ad Deum pro eis exortare.**

Nouerat quidem probè S. Bernardus singularēm huius Marianæ stellæ virtutem, cum dixit: *Ista est preclara, & eximia stella super hoc mare magnum, & sepius necessario sublevata, micans meritum, & illustrans exemplis, si influrgunt remittentiam, si incuras scopulos tribulationum, si vndis superbia iatkaris, si fluctibus ambitionis elevaris, rohice stellam, voca Mariam; non recedat a corde, non recedat ab ore.*

Et ibidem ait: *Ipsam sequens, non deuias, ipsam rogans non deferas, ipsam cogitans, non erras, ipsa protegente non meius, ipsa duce non fatigaris, ipsa propitiæ, ad portum peruenis, & sic in temerario experieris, quod merito dictum sit: & non nomen Virginis Mariae: haec ille. Compertrum fatis est, Matis nauigationem multis obnoxiam esse periculis, atque procel-*

lis: nati præter aëris inæqualitatem, que mille naufragia parere solet, quatuor enumerantur à Nautis illius pericula: prius est *Seylla*, quod eminentis est saxum, in quo colliduntur magno impetu fluens: secundum vocant *Carybdi*, quæ pars quedam maris adeo voraginosa est, ut integrum nauem absorbeat, ac deuoret. Tertium est *Syrtis*, quæ inæqualitas fundi est ex multitudine arenæ in varios cumulos congregata, qui nauem transnatare non sinunt. Quartum appellant, *Bythalassum*, terram scilicet bituminosam, & glutinosam adeo, ut illi adhaerentem nauem, nec validissimi ventorum impulsus in illam irruentes, mouere valeant: haec, & grauiora pericula subiecta aggrediuntur, qui ad cœlestem patriam nauigare contendunt: ne tamen in medio itineris, tentationum Scyllæ, peccatorum Carybdes, passionum animi Syrites, ac concupiscentiæ Bythalassus nauigantes præpediant, ac in sulphurei maris bartrum detrudant, diuina munificentia prouidit eis Mariam, maris stellam, cuius munus est, nauigantes docere, & dirigere, ut ad aeternæ felicitatis portum securè, & feliciter perueniant.

Ad extremum, Maria stella maris interpretatur, at non quæcunque, sed stella poli. Pro cuius intelligentia præmitto, duplicum esse polum: unus nobis absconditus, & inuisibilis, scilicet meridionalis, alter visibilis, scilicet Aquilonaris; uterque hic polus immobilis est, & super eorum immobilitatem vertitur Orbis cœlestis: Christus Dominus per virtutemq; hunc polum egregiè designatur, cum ipse sit principium omnium, & finis, propter quem omnia condita sunt; unde ipse dicit: *Ego sum Alpha, & Omega: ipse quidem Apocal., in meridie diuinitatis suæ, nobis omnino inuisibilis est, sed in Aquilone nostræ humanitatis visibilem se præbuit: de illo polo meridiano loquebatur sponsa cum dicebat: Indicamibi, ubi pacas, ubi cubes in meridie. Iob autem de Aquilonari, cum Cant. 1. aiebat: Ab Aquilone aurum venis; caro enim, Iob. 27. & san-*

Eccles. 24.
D. Bernard.
serm. 20.

D. Bernard.
vbi suppa.

& sanguis Christi aurum fuit, quo empti fuimus, vt ait Apollonus: *empti enim es sis* *precio magno*. Ipse etiam immobilis polus est, super cuius immobilitatem cuncta nituntur, iuxta illud Pauli: *qui portat omnia verbo virtutis sue*: cui consonat il-
lud Boetij:
Immobilisque manens, dat cuncta monerit;
Sicut ergo poli stella ipsi est vicinissima,
ita huic facto polo vicinissima fuit ful-
gentissima stella, Maria: primo in incar-
natione, quia sanguis B. Virginis factus
*est caro Dei, iuxta illud Apolloni: *Misit**
Deus filium suum saltam ex muliere, id est,
ex materia sanguinis subministrata in
vtero mulieris. Vnde Iurisperiti aiunt:
partum esse partem viscerum maternorum, vt
habetur in prima in principio. Et de ven-
tis inspectione, vt tamen vicinitas haec
magis innoteat, contemplemur queso
Dominum esse velut centrum nostrum,
circa quem varii circuli inueniuntur, in-
ter se ira ordinati, ac dispositi, vt quanto
quisque illorum brevior, tanto centro vi-
cinius inueniatur; vnde oportere, vt ma-
ximi omnium circuli sint corpora inani-
mata, minores viuentia, & minimi in-
telleculalia tam angelica, quam humana;
inter haec autem breuissimus omnium
circulus fuit beata Virgo, Ieremia di-
*cente: *Mulier circundabit virum*: ipsa per*
maternitatis propinquitatem arctius cu-
onstrinxit, & intra breuem sui veteri am-
bitum conclusit. Secundo fuit Christo
vicina valde, lac ex vbre de celo pleno
illi propinans, cuius figuram gesit Noe-
mi, de qua dicitur, quod natum puerum
suscipit, & posuit in sinu suo, & nutritie
fungebatur officio. Tertio vicina suffusa
perthibetur in passione, vt ait Ioannes:
Stabat iuxta crucem Iesum mater eius; cuius
dolor velut sagitta animam eius transfixit;
*vt Simeon prædixerat: *Et tuam ipsius**
animam pertransibit gladius. Quarto tan-
dem vicinissima adevit in celum assem-
pta cum omnibus coelicolis applauden-
tibus ad aethereum talamum eucta, ad
dexteram filij sedens, vt prauidit Dauid:

178

Astitit Regina à dextris tuis in vestitu de-
aurato. Congruit deinde beata Virgini, Psal. 44
 stellam poli appellari, quia sicut hæc stel-
 larum omnium primaria esse noscitur,
 ita ipsa inter omnes puras creaturas prin-
 cipem adeo locum tenet, vt palam dicat:
In omni gente, & in omnipopulo primatum Ecccl. 24.
 tenui: & sicut hanc stellam concomitan-
 tur septem aliæ, si & beatam Virginem
 septem dona Spiritus sancti semper asso-
 ciabant, & sicut stella matis virtutem
 habet attrahendi ferrum, & adamantem,
 vt ex Alcabitio resert Pelbartus, ita bea-
 Pelbartus in
 ta Virgo singularium donorum virtute, stellario lib.
 quibus spiritus sanctus eam locupletauit: s. patr. 3. art. 3
 ferrea, ac adamantina obstinatorum pec-
 catorum corda ad se trahit, vt ad Deum
 illa conuertat.

Hinc collige, Christiane lector, quām
 inuercendē Erasmus aduersus hoc Ma. Erasmus in-
 rianum stellæ maris nomen oblatuac colloquio de
 rit, dicens: *Ibi vidisse miseram rerum fa-*
nuag. an-
ciem; Nautæ canentes: Salve Regina, implo. 1524. ad 1525.
 rabant Matrem, Virginem appellantem eam
 stellam maris: Reginam celi, Dominam mu-
 di, portum fidutis, alisque multis titulis illi
 blandientes, quos nunquam illi tribuunt sa-
 cre littere. quid illi cum mari, quæ numquam
 (opinor) nauigavit & olim Venus curam age-
 bat Nautarum, qui autem credebatur ex ma-
 tre & quoniam defuit curare, suscepit est huic
 mari non Virginem, virgo mater. Ecce impu-
 dentissimum Erasmum, quem quidam
 semichristianum dicunt, sed ego, nihil
 Christianum, immo integrum hæreti-
 cum nominauerim; non exhortefit in-
 temeratae Virginis illudere, & cum por-
 tentoso Veneris scoto illam conferre;
 sed ipse (vt assolet) in hoc, sicut in alijs
 permulitis, Lutherum adeo imitatur, vt
 sicut olim Proverbium increbuit: aut Pla-
 to phylonizat, aut Phylo platonizat, non in-
 congrue nunc dixerim; aut Lutherus E-
 rasmizat, ac Erasmus Lutherizat. Sed ad-
 est in celo, qui vescicatur, cui si honor,
 & gloria in secula seculorum. Amen.

HOMILIA VIII.

Mariani nominis encomia prosequimur, iuxta alias eius significations à Patribus probatas, nimurum, quod interpretetur Domina, illuminata, Illuminatrix, ubi multa de eius Sapientia: neenon, Spes, Imitatrix Dei, Deus ex genere meo, & similitas pariterque increpantur, qui nomen Marie, à primordiis Ecclesie receptum, in aliud mutare gestunt.



D. Bern. ser. 5. de nom. V. sciente est Dominus, quod si quando cœlesti gratia largiente exterisribus curis exemptus, laudibus Virginis valeo totus, vel per horam occupari, tantamen letitiae saucior, tantaque interius suavitatem perfundor, ut crucis mundi vanitatis, & concupiscentiis concutatus, nil aliud appetam, quam cum ipso letitiae spiritu, si daretur, statim exsiliare ad Dominum, antequam illud gaudij spiritualis, curis iterum redemimus, auferatur, & stimulante memoria delictorum, cyathara convertatur in lumen, & iubilus (prob dolor) in lamentum. Vide igitur quanto sit felicitas, & gloria, in illa patria Dei Genitricem Virginem benedictam stipatam ordinibus Angelorum, chorus Virginum comitatum, vultu plenissimo gratiarum in suo dignitatis solo praesidentem, reuelata iam facie contemplari; quandoquidem in cordibus carnis adhuc, & mundi luto degeneribus tam leta contingit in eius nominis contemplatione sentire. Ad ipsam itaque Mariae nomen iterum contemplandum, iterum, atque iterum descendere libet: hæc ille. Verum, tametsi ea tam esuberanti in ver-

sandis laudibus nominis Mariæ latititia, qua D. Bernardinus fruebatur, non ego perfundar, ea tamen est huic sacro sancto nomini diuinitus insita dulcedo, ut non moleste feram, reliqua, quæ de illo sedula meditatione ruminai, in lucem edere. Inter alias significaciones Marianæ nominis, celebris est illa, quod lingua Syriaea Maria, Domina, seu dominans interpretatur: ita docuere grauissimi Patres; Epiphanius, Hieronymus, Chrisologus, D. Epiph. Eucherius, Anselmus, Diuus Bonaventura, & Diuus Damascenus, qui libro quartu*ser. de lau*
to de Fide, dixit: *Gratia* (nam hoc sonat D. Hier. Anne vocabulum) *Dominum parit* (id enim lib. de nom. Mariae nomine significatur) *vere enim rerum hebreorum* *domina facta est, cum creatoris Mater* D. Christus *exsistit*: *hæc ille*; & ante omnes hos patres, immo & ante natu*rum* Christum Rab. D. Eu*benu Haccadis* in responsione ad peti*lib. 2. Ita*
tiones Antonini Romani Consulis scri
psit, Matrem Messie absolute Dominam D. Anselm *vocitandam fore. Idem etiam (ut refert excell. Virg. Galatinus libro septimo capitulo decimo c. 7. tertio) obseruauit, quod in illis verbis D. Bonaventura Isaiæ 9. nimurum, ad multiplicandum imperium, quia in hebreo respondent illis, que c. 3. sunt in nostra Vulgata: & multiplicabitur D. Damascenus imperium: contineri hæc duo nomi lib. 4. finia: Mariam, Dominam, ut indicaretur, Orthodoxi, Mariam matrem Messie futuram dominum Rabb. Hannam yniuersi, & principatum eius simile Galatinus, lib. 7. c. 13. sermo, fore multiplicandum. *Isaia 9.**

Certe illud interest inter nomina imposita à Deo, & ab hominibus, quod hi præclara nomina egregiaque epitheta tribuere solent; quibus tamen bona nomina correspondientia conferre non valent: Deus autem, cum nomen imponeat, dignitatem iuxta eius excellentiam debito tempore confert. frequenter quidem summi Pontifices, & Imperatores honorifica nomina absque opibus tribuunt, Titulares, Episcopos, Palatinos, Comitatus, & Marchionatus: illustres sane Tituli, sed vani, & inane: at Dei magnificatia non inania, & fucata, sed solidi.